



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Literae Annuae Iaponenses Anni 1591 Et 1592**

**Froís, Luís**

**Coloniae Agrippinae, 1596**

**VD16 F 3081**

Sententia Avtem Epistolae erat hæc.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65620](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-65620)

IAPONENSES.

31

Dñis cōficiebatur. Extremū deniq; gradu iofī  
mo, habebant multi alij Equites Oēs aut sedes,  
vnā cū pauimento aulæ constratē erāt anaclyn-  
terijs, vel peristromatis more Iaponico, triū  
digitorū spissitudine. In parietibus nihil appa-  
rebat præter aurum & elegantissimas picturas.

Pater verò non ante ad salutandum Quabacō-  
condonum accessit, quām per Lusitanū quen-  
dam ei obtulisset Viceregis epistolam inclusam  
arcule, quæ intus aurea tela, foris serico viridi,  
laciñijs auratis, argēteisq; distincto rosulis, ve-  
stita erat: scripta erat epistola in membranis vn-  
diq; minio illitis; appensum erat sigillum aure-  
um theca attalica opertū. Atq; hoc ritu oblata  
est epistola Quabacōdono. Magni enim faciunt  
cerimonias externas Iaponij, & pluris æstimat  
literas cū simili cérémonia oblatas. Qua de re &  
singularē commissionē Vicerex dederat Patri.

SENTENTIA AVTEM EPISTOLÆ

erat h.e.c.

DOMINE, etiāsi propter regionū distātiam  
nulla hactenus intercesserit inter nos com-  
municatio, nihilominus ex literis Patrū, qui in  
tuis istis regnis degūt, cognoui res fortiter à te  
gestas, insignes victorias, famā, nonenq; immor-  
tale Excelletiæ vestræ, cuius rumor iā remotis-  
simas quasq; regiones penetrauit. Deinde quo-  
modo imperio suo omnes Dominos, quot-  
quot versantur in quatuor Iaponiæ partibus  
subiugarit; res sane in hunc usq; diē nunquam  
audita, & summa admiratione digna, ad diui-  
nierge te nutus ac fauoris singulare argumen-

tum. Quare hoc nuncio auditio magna sum voluptate affectus, maximè, dū à Patribus quoq; intelligo, quanto fauore eos prosequatur Excellētia V. cuius benevolentia & permissione, secundum rationē instituti sui, omnibus Euāgeliū, hoc est, veram ad salutem viam annuntiant. Hi enim tanquam veri religiosi totum mundum obeūt, vt omnibus hominibus ambulantibus in tenebris errorū, veritatis lucē pate faciant, & ad fælicitatem æternam traducat. Et quia rogarunt me, vt scriberem ad Excellentiam V. simulq; mitterem Legatum ad agendas ei gratias, id nunc pro me singularia affectione per P. Visitatorem, præstare volui, cui hoc onus imposui, quod iam alias in Regnis Excell. V. fuisset, inibique cognitus esset, hacque præsente epistola enixè peto ab Excell. V. vt in posterum tam P. Visitatorem, quam alios omnes Patres in Iaponia agentes maiori velit, fauore & benevolentia prosequi; qua re mihi gratissimum faciet. Mitto autem Excell. V. in amicitiæ testimonium, duos enses, binos scloplos nouæ formæ, bina arma, equos duos cum suis ornamentiis, quatuor peristromata auro picta, vñā que machæram, quæ potest seruire prosclopo, & militare tabernaculum. Ex India. anno. 1587

D. DVARTES DE  
Meneses.

**H**AEC erat summa Epistolæ, ad phrasin Iaponicam accommodata; cuius exemplum